



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Editha V. 16. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

hoc est, propugnaculum sibi exadificasset, Dux demum nongentis monachis datus est. Inter fortia ejus facta memorant in fugam actum non semel hominum hostem, sive crucis telo, cum arbore dejecta obruere Christi milites vellet; sive aqua lustrali, cum hac omnibus suorum cubiculis exegit. Post multas maximasque pugnas beatam vacationem tandem pro suis a DEO petiit. Annuit hic & Angelum bonum misit, qui post longam cum malo luctam bacillo mediam partem sancti exercitus signavit. Erat hoc rude emeritos donasse. Nam de morte & ipsi moniti, cum quatuor dierum jejunio corpus curassent, & sacris omnibus se armassent, ultimum pugnarunt, eodemque die, vultu (ut victores scires) lato & praeulgido omnes celum triumphantes ingressi sunt. Sed & AICHARDVS tunc securus est. Cur enim a triumpho Dux excluderetur?
Ex Grasso.

S. EDITHA V. 16. Septembris.

Erax olim Divorum tellus Anglia, quam eheu! degenerasti. sponte tua ferebas fructus olim, quos jam non nisi gladiis sulcata, & sanguine rigata donas. Illos inter EDITHA numeratur Edgari Regis filia & Christi sponsa, cui amores suos primis annis devovit,

paranymphos novo more leprosos diligens, quos, quò deformiores aspectu erant, hòc formosiores & digniores se putabat; ut jam cælo id muneris am- biente, non dubitaret Angelus pauperem præ se ferre. Porro in delirio EDITHA Crux fuit, quam cum pingere toties manu Dunstanus Antistes vidisset, pollicem prehensens nunquam tabo obnoxium esse iussit. Id quod postea factum vidit Anglia, cum à morte (quæ ut suavis esset, cantu suo Angeli fecerunt) trigesimo die matris- tum anno tertio decimo Dunstano- spectandam se dedit, monuitque cor- pusculum tolleret integrum tunc etiã, si membra, quibus in molli aetate ad levitatem abusa esset, exciperet. Itum- & inspectum monumentum est, fidemq; fecerunt præter oculos, pedes & manus, omnia reliqua à tabo immunia membra. Sed & in dextrâ pollex à putredine fuit eximius. Quid? quòd cum miraculum Canutus Rex rideret, referato iterum loculo media sepulchro se extulit manumque injicere improbo paravit? Supplicem tamẽ & in gratiam recepit, & inter undas postea servavit. Magni hæc olim Anglia miracula faciebat, pluris ego Angliam, si in vitam nobis EDITHAS revocaret. *Ex*
Gras.

S. LAM-